




Pharmacopoea Ultrajectina


<https://hdl.handle.net/1874/297002>


A


Medici

Quarto n°. 35.









THEATRUM COPORAE

BUTTERFLIES,

SUGGESTED BY STOMATE EDID.


& PRINTED.



BY JAMES DODD, F.R.S. & F.L.S.

AND G. C. COOPER, LONDON: PRINTED FOR THE AUTHOR.


1825. 12. c. L. v. 1.



0435a

PHARMACOPOEA ULTRAJECTINA,

Senatus Auctoritate edita
& munita.



TRAJECTI ad RHENUM,
Typis Gisberti à ZYLL, & THEODORI ab ACKERSDYCK,

c I o I o c L v i.




АХОДАМЯАН

АИГІЛАЯТЫ

Сенял Айланы

жіппе



АХОДАМЯАН

АИГІЛАЯТЫ

жіппе

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis
D. D. CONSVLIBVS,
&
SENATORIBVS,
Reipublicæ Vltrajectinæ Patribus
& Gubernatoribus,

*Medicinae hujus Reipublicæ Doctores Ordinarii,
& Collegii Pharmaceutici Decani, Salutem &
felicitatem perpetuam*

P.

NOBISSIMI, AMPLISSI-
MIQVE DOMINI,

Sicut corpus humanum,
ita Respublica, ut totius perfecta
sanitas consistat, omnes ejus partes
benevalere necesse est, una enim
ægrotantemox ad reliquas languor
extenditur. Ac proinde boni Ma-
gistratus est, in regimine Reipubli-

D E D I C A T I O.

cæ prudentis Medici officium gerere, & vacillantes Reipublicæ partes corroborare, morbosas quam citissimè sanitati restituere, vel si sanari nequeant, exscindere, antequam corruptela ulterius prospendo, totum corpus labefactet.
Hac sanè in re, PATRES CONSCRIPTI, vestra nunquam satis laudanda existit sollicitudo, qui dies noëtesque summo cum fervore conservationi Reipublicæ invigilatis, utque ejus integritatem melius tu-eamini, non tantum in omnes partes oculos continuò circumvertitis, verum etiam quælibet ejus membra speciatim tentare, eorumque robur & constitutionem explorare consuevistis, ut si hic illic forte noxius aliquis morbus obrepere videatur, ille in ipso principio, antequam

D E D I C A T I O.

tequam majores radices agat, ve-
strâ singulari curâ statim repelli &
extingui possit. Hac de causa tan-
dem etiam oculos conjectis in
Medicinam, in illam scilicet Reipu-
blicæ partem, cui sanitatis humanæ
conservandæ vel restituendæ cura,
auctoritate publicâ demandata est:
cumque illam non satis benè vale-
re, sed varios in ea morbos & no-
xia symptomata clanculum succre-
scere animadverteretis, pruden-
tissimo consilio hujus curationi o-
cyus incumbendum censuistis. Fa-
verò in parte vestigiis majorum in-
sistere voluistis, qui olim publico
decreto (Chirurgici collegii legi-
bus inserto) proscripti ferunt omnes
agyrtas, circumforaneos, aliosque
eius generis errores & imposto-
res, qui personato Medici titulo in

D E D I C A T I O.

Medicinam irrumpt tanquam fures in domum alienam, non tam ut ægrorum morbos, quam ut numeros tollant, & turpissimo dicacitatis dolo eorum loculos emungant, ex iisque aurea mella, instar apium & vesparum, specioso prætextu eliciant. Ita nunc etiam vos, cum non obstante antiquâ illâ proscriptione, easdem Reipublicæ pestes rursus paulatim irrepare, atque majora indies incrementa sumere observaretis, legum antehac latarum executionem de novo instituere, sique dictorum impostorum catervam denuo fugare cepistis, reliquos, ut speramus, quamprimum fugaturi. Ad hæc subditorum commodo ulterius studentes, Pharmaceuticam Medicinæ partem, crassis turbarum nebulis

D E D I C A T I O .

lis obfuscata, in lucem profer-
ri, ac splendori pristino restitui vo-
luistis, ad ejusque restorationem
novas & salubres leges condidistis,
nec non (ut in omnibus Pharma-
copolarum unanimis esset consen-
sus) nobis Medicis, Pharmacopœam
concinnandi, provinciam im-
posuistis, qua arti Pharmaceuticæ
languenti ita succurreretur, ut o-
mni ex parte tuta, concors, ac fir-
ma deinceps subsisteret. Quem la-
borem uti lubentes suscepimus,
ita nunc vestro afflatu perfectum
opus, sub nominis vestri auspiciis
in lucem emittimus, idque hono-
ris & observantiae ergo, vobis, ut-
pote ejusdem parentibus, offeri-
mus ac dedicamus, utque illud læ-
tâ fronte suscipere, amplecti, &
ab

D E D I C A T I O.

ab invidorum morsibus vestrâ au-
ctoritate tueri dignemini, obnixè
rogamus.

N O B I L I S S. A M P L I S S I M.

V E S T R I

Humillimi clientes & subditi,

H E N R I C V S R E G I V S.

I S B R A N D. d e D I E M E R B R O E C K.

C O R N E L I V S d e G O Y E R.

H E N R I C V S v a n G E S S E L.

C O R N E L I V S v a n d e V O O R T.

A L B E R T V S v a n O V E R M E E R.

G E O R G I V S H O L T H V Y S E N.

LECTORI S.P.

Si quicquam est quod ad Medicinae laudem & agrorum commodum maximè spectat, hoc imprimis in eo consistere videtur, ut Medicus remediorum singularis cognitionem habeat: quamvis enim morbos, eorumque causas & signa exactissimè sciverit, nisi tamen convenientibus remediiis eosdem prævenire, vel tollere noverit, frustranea & frivola censebitur ejus scientia, qua non ars, sed mera inanis speculatio dicenda judicabitur. Inter tria autem remedia, Diætam, Chirurgiam, & Pharmaciam, quibus morbi impugnari solent, haud infimum locum obtinet Pharmacia, ac proinde in ea Medicina parte expolienda Medici semper maximè occupati fuere, ut scilicet Pharamaca singulis morbis convenientia invenirent. Quorum cum ingentem sylvam, tam antiqui, quam neoterici reliquissent, & alia vulgaria existerent, facileque

** misceri

L E C T O R I.

misceri possent; alia verò rara, pretiosa, vel longè petita, nec passim invenirentur, nec facile in compositiones redigerentur, hinc ut superioribus seculis, sic hodie etiam à Medicis in eo diligenter laboratum fuit, ut ex innumeris istis, certus quidam selectorum medicamentorum simplicium & compositorum numerus ad omnem usum, ex eorum præscripto, semper paratus servaretur. Hanc autem servandi ac preparandi provinciam cum Medi ci propter agrorum invendorum copiam ipsi met minus commode suscipere possent, eam unanimi consensu Pharmacopolis imposuerunt, eosque speciatim isti muneri vacare, officinas suas medicamentis bene instructas servare, & qualibet Pharmacæ ad præscriptum Medicorum componere, miscere, atque agris deferre, vel exhibere voluerunt. Quod negotium multis annorum curriculis per illos satis bene administratum fuisse videtur: at nostro tandem seculo

L E C T O R I .


ea in partenon unanimis Pharmacopolarum
consensus observatus fuit: nam paſſim comper-
tum est, alios hac, alios potius illa simplicia aut
composita ad uſum servare, & aſſervanda com-
posita non omnes eodem modo componere, ſed alios
Cordi, alios Renodæi, Bauderonis, alteriusve
auctoris descriptiones pro ſuo arbitrio ſequi, at-
que hinc pro diuerſitate descriptionum & opi-
nionum iſtorum Auctorum, nec non Pharmacopo-
larum, ejusdem nominis compositiones non apud
omnes eodem modo præparari, ſed purgantibus,
opiatis, aliisque mixturis, ab uno plus, ab alte-
ro minus Scammonii, Colocynthidos, Opii, Aro-
matum, aliorumve ingredientium adjici, atque
ſic interea Medicos, iſtiuſ rei nescios, ex praſcri-
ptis ſuis pharmacis, neque eosdem, neque ex-
pectatos effectus ſemper conſequi, ſed dubios,
incertos ac ſuſpensos detineri. Hac de cauſa
variis in locis, ut Londini, Coloniae Agrippinae,
Bruxellis, Amſtelodami, & alibi, reformatio qua-
dam Pharmaceutica fuit iſtituta, & omnibus

L E C T O R I .

palam significatum qualia medicamenta singula
Civitates à Pharmacopolis suis servari & com-
poni vellent. Horum etiam nos exemplum secu-
ti, ut communi bono Reipublica Ultrajectina
consuleretur, diversas plurimūque discrepan-
tes compositiones in concordiam redigere, &
quānam medicamenta, & quomodo parata ser-
vari apud omnes nostros Pharmacopolas velimus,
publico hoc scripto indicandum censuimus; ut
nostrī Medicī practici ea de re certi, post modum
majore cum fiducia, & agrorum commodo, me-
dicamenta præscribere queant. Illa quæ in alio-
rum dispensatoriis superesse videbantur, studio
omisimus; quæ verò deesse, addidimus, quæ im-
mutanda (neque enim omnibus eadem placent)
immutavimus. Ad hæc, ne Pharmacopola, vel
nimis iniquo pretio merces suas divenderent,
vel emptores nimis parvi eas estimarent, sim-
pliciorum & communium medicamentorum
taxationem adjecimus, secundum quam etiam
de pretio novarum compositionum, & recepta-
rum

L E C T O R I

rum (ut vocant) Medicorum facile judicari
potest. Singulorum medicamentorum componen-
di formam, utpote Pharmacopolis peritis satis
cognitam, ut & singulorum vires, Medicis no-
tissimas, adjicere superfluum duximus, ne vel
peritos erudire, vel imperitis præparandi &
uetndi provinciam imponere velle videremur.



JOANNIS

JOANNIS STRICKII, J.Cti.

P R O O E M I V M

I N

PHARMACOPOEAM

ILLUSTRATAM.

SCeptra regant populos, PRUDENTIA protegit urbes,
Quâ sibi qui normâ temperat Ille sapit.

Ergò manus magni, cœlo firmata, SENATVS
Immortale parit, per sua gesta, decus.

Cum post purgatos mores de fæcc malignâ,

Atque intestini, semina pressa, mali:

Arcet Agyrtarum fraudes, miserosquè paratâ

Focillat, recreat, sospitat, auëstat, ope.

Usus inops, priscis Arabum sub fidere seclis,
Præstabat medicam, non tamen arte, manum:

Primus Pæonias usum formavit in artes


Coûs, Apollineis ora rigatus aquis.

Reddidit Hippocratem purgans à sentibus hortos

HEVRNI VS, & Batavum crescere fecit opes.

Heur.

Heurniades alios , alios mea Patria Coōs
Præbet, qui lustrant abdita, lapsa levant.
Trajectum mihi testis adeſt, ubi magnus A P O L L E
Ipſe novam Medicis monstrat ab arte viam:
P H A R M A C O P O E A prius fuit obfuscata tenebris,
Hâc methodo ſummos fascinat ipsa Viros.
Ne vaga contemptis proſerpat flamma favillis,
Cum mala post longas invaluere moras,
Hoc ſubit Auxilium , pretii moderamine certo,
Ut poſſet certam ferre S A L V T I S opem.



A D

I N E A N D E M.

Dum duo per medicas infamia mostrata r̄bernas
Vt lubet, & nullo vindice tutar ruunt,
Indignata sui fallax inscitia metas
Muneris, & lucri non moderatus amor.
Illa Dei manus, atque hominum tutela, decorem
Iam prope perdiderat Pharmacopœa suum.
Hac sibi, quisquis est, pretio qui vilia magno
Gramina, de quāvis eruta vendit humo,
Quique salutiferis ignarus abutitur herbis,
Vendere quas didicit, non dare, dicta putet.
Non feret ad vigilans ea gliscere probra Senatus,
Sanaque grāssanti cogitat arcta mala.
Sanaque post sanos procurans corpora mores,
Res, facit, ut nullā publica parte labet.

H. v. P. Med. Doct.

IN PHARMACOPOEAM
VLTRAJECTINAM,
Ab Ordinariis Civitatis Medicis,
Ex Authoritate

M A G I S T R A T V S
A D O R N A T A M.

Hic leges Medicas, hic certam conspicis artem,
Quisquis in his forsitan doctior esse cupis;
Hic decocta graves pellunt medicamina morbos,
Et præscripta sibi Pharmacopœus habet:
Agnoscit Medicina modos; hic clauditur illa,
Et cupid exiguâ se quoque pelle tegi:
Quæ Ganges, quæ mittit Arabs, quæ possidet Indus,
Fercula Battavico vix satis apta solo,
Ad scrupuli leges prostant, probat vncia vires,
Et quæ non poterant non nocuisse, valent:
Quos genuit natura pares, æquantur in illis,
Nec miserâ pauper conditione venit.
Sic tabulas scripsisse juvat suadente Senatu,
Purpura dum scriptis annuit ipsa suis:
Est aliquid, doctas dudum studuisse per artes,
Est aliquid, Patriæ consuluisse suæ,
Quid jubeat ratio, quis sit viventibus error,
Rectius ut mores instituisse queant:

Dum

Dum tremulos torrent infausto sydera cursu,
Sentiat hic faciles Patria mæsta manus;
Astra juvent, Natura, Deus, Medicamina, flores,
Intactos fugiant dira pericla lares:
Omnia sint nostris multum confinia votis,
Et plures doceat longior usus opes.

J. v. S. JC.

In Taxam Medicamentorum
PHARMACOPŒÆ VLTRAJECTINÆ
ADJVNCTAM.

Inter plebeios multi Medicamina spernunt,
Et Medici renuunt auxiliantis opem:
Quod sit major opum forsan quam cura salutis;
Accusant equidem Pharmaca cara nimis.
Illa quid incusas? Medicorum temne medelam,
Qui mala secretis pellere cuncta ferunt:
Nam quod cœu Medicus secretum vendit Agyrta,
Tollit opes Ægri, dum caret Æger ope.
Ergo Patres Patriæ in Trajectina Urbe Senatus
Quanta docent Civis sit sibi cura sui:
Dum Medicamentis taxam adscripsere decentem
Dum pretio gaudent Pharmaca quæque suo.

G. C. M. D.

P H A R M A C O P O E A
V L T R A J E C T I N A.
S E C T I O P R I M A.

De Medicamentis Simplicibus
in officinis asservandis.

R A D I C E S.

A	cori seu calami aromatici of- ficularum.
	Alcannæ.
Altheæ.	
Angelicæ.	
Apii.	
Aristolochiæ longæ.	
	rotundæ.
	tenuis.
	fabaçæ.
	cavæ.
Asari.	
Asparagi.	
Bistortæ.	
Bryoniæ.	
Chynæ.	
Consolidæ majoris.	
Costi.	
Curcumæ.	

Dictamni albi.	
Doronici Romani.	
Eryngii.	
Ebuli.	
Esulæ utrinque.	
Fœniculi.	
Galangæ.	
Gentianæ.	
Glycyrryzæ.	
Graminis.	
Helenii.	
Hellebori albi.	
	nigri.
Hermodactylorum.	
Ialappæ.	
Imperatoriæ seu Ostrutii.	
Iridis Florentinæ.	
Mandragoræ.	
Mechoacannæ.	
Ononidis.	
Pæoniæ maris.	
Petroselini.	

A

Phu,

2 CLASSIS I. DE MEDICAM.

Phu, seu Valerianæ.
Polypodii querni.
Pyrethri.
Rhabarbari.
Rubiæ tinctorum.
Rusci.
Saxifragiæ.
Spicæ Indicæ.
Tormentillæ.
Turbith.
Zalsæ parillæ.
Zedoariæ.
Zinziberis.

His adjunguntur Fungi.

Agaricus.
Auricula Iudæ.

C O R T I C E S.

A rantiorum.
Cassiaæ ligneæ.
Cinnamomi.
Citriorum.
Granatorum.
Ligni Guajaci.
Macis.
Rad. Capparum.
Tamarisci.

L I G N A.

A loës.
Aspalathum.
Guajacum.
Rhodium.
Santalum album.
citrinum.
rubrum.
Sassaphras.
Visci querni.

FOLIA & HERBÆ.

A brotani maris.
Absinthii vnlgaris.
Romani.

Agrimoniæ.
Altheæ.
Anethi summitates.
Artemisiæ.
Betoniciæ.
Botryos.
Calaminthæ.
Capillorum Veneris.
Cardui benedicti.
Centaurii minoris sum-
mitates.
Chamædryosi.
Chamepitheos.

Cuscus.

S I M P L I C I B V S.

3

Cuscutæ cum floribus.	Tussilaginis, <i>seu</i> farfaræ.
Dictamni Cretici.	Verbasci.
Epithymi.	Veronicę.
Eupatorii cannabini.	Violarię.
Fumarię.	Virgę aureę.
Hyperici summitates.	
Hyssopi.	
Lauri.	
Majoranæ.	Balaustiorum.
Marubii <i>seu</i> Prassii.	Betonicę.
Matricarię.	Boraginis.
Melissę.	Calendule.
Menthæ sativæ.	Chamēmeli Romani,
Nepetæ.	vulgaris.
Origani Cretici.	Croci.
Parietarię.	Lavendule.
Pulegii.	Meliloti.
Pyrolę.	Nimpheę albę.
Quercus.	Papaveris erratici.
Rorismarini.	Rorismarini.
Rutæ.	Rosarum rubrarum.
Sabinæ.	Sambuci.
Salviæ.	Stœchadis.
Saniculæ.	Verbasci.
Scabiosæ.	Violarum.
Scolopendrii <i>seu</i> ceterach.	
Scordii.	
Senæ.	
Thymi cum floribus.	A

S E M I N A.

A cetofę.
Agnicasti.

A 2

Althęę

Altheæ.	Levisticæ.
Ammios.	Lini.
Anethi.	Lupini.
Anisi.	Melonum.
Apii.	Milii solis.
Aquilegiæ.	Nasturtii.
Asparagi.	Nigellæ.
Bardanæ.	Ocymi.
Berberorum.	Pæoniæ.
Cardamomi minoris.	Papaveris albi.
Cardui benedicti.	Petroselini vulgaris.
Carui.	Plantaginis.
Ciceris rubri.	Portulacæ.
Citri.	Psyllii.
Citrulli.	Saxifragiæ.
Cnici <i>seu</i> Carthami.	Sileris montani.
Coriandri.	Staphidis agriæ.
Cucurbitæ.	Vrticæ.
Cumini.	
Cydoniorum.	F R V C T V S.
Dauci Cretici.	
Vulgaris.	A lkkekengi, <i>seu</i> Halica-
Erucæ.	cabi.
Fœniculi vulgaris.	Amygdalæ amaræ.
Fœnugræci.	dulces.
Genistæ.	Baccæ juniperi.
Granorum Paradisi.	lauri.
Hordeum Mundatum.	myrti.
Hyoscyami albi.	Capita papaverum.
Lactucæ.	Caryophylli.

Cassia

Cassia fistularis.
Colocynthis.
Dactyli.
Gallæ.
Glandes.
Myrobalani Belliricæ.
Chebulæ.
Citrinæ.
Emblicæ.
Indæ.
Nuces Cupressi.
Moschatæ.
Piper album.
longum.
nigrum.
Sebesten.
Tamarindi.

F A R I N . A .

Fabarum.
Fœnugræci.
Hordei.
Rad. altheæ.

S V C C I L I Q V I D I .

Limonum.

S V C C I C O N D E N S A T I ,
G V M M I ,

&

R E S I N . A .

A cacia vera.
Aloë Hepatica.
Socotrina.
Ammoniacum.
Affa fœtida.
Balsamum Peruvianum.
nigrum.
Bdellium.
Benzoinum.
Caphura.
Colophonia.
Euphorbium.
Galbanum.
Ghitta jemou, seu gutta
gamandra.
Glycyrrhyzæ succus.
Gummi Arabicum.
Caranna.
Elemni.
Tacamahaca.
Ladanum.
Myrrha.
Manna.
Masticæ.
Opium.
Opopanax.
Pix.

CLASSIS I. DE MEDICAM.

Resina pini.	Castoreum.
Terebinthinæ.	Cera alba.
Saccharum album.	flava.
Sagapenum.	Cornu Cervi.
Sanguis draconis.	Ebur.
Sarcocolla.	Mel.
Scammonium.	Moschus.
Styrax calamita.	Mumia
liquida.	Sevum hircinum.
Succinum album.	Sperma cæti.
citrinum.	Spodium ex ebore.
Tartarum vinalbi.	Vngula Alcis.
Thus.	
Tragacanthum.	

A N I M A L I A,

E ORVM P A R T E S,

&

E X C R E M E N T A.

Adeps Anseris.	Ærugo.
Canis.	Æs ustum.
Hominis.	Alumen rupeum.
Bezoar Orientalis.	Antimonium.
Occidentalis.	Argentum foliaceum.
Cancrorum fluviatilium oculi.	vivum.
Cantharides.	Aurum foliaceum.
	Bolus Armena
	vulgaris.
	Borax.

M I N E R A L I A,

M E T A L L A,

&

L A P I D E S.

Ærugo.	Æs ustum.
	Alumen rupeum.
	Antimonium.
	Argentum foliaceum.
	vivum.
	Aurum foliaceum.
	Bolus Armena
	vulgaris.
	Borax.
	Cerusa

S I M P L I C I B U S.

7

Cerusa.
Chalybs.
Lapis Armenius.
Calaminaris.
Hæmatites.
Lithargyrum aureum.
 argenteum.
Plumbum ustum.
Sal Armoniacum.
Gemmæ.
Petræ seu Nitrum.
Sublimatum.
Sulphur.
Terra Lemnia.

Tutia officinarum.
Vitriolum Album.
Hungaricum.
Romanum.
Vitrum Antimonij.

M A R I N A.

Ambra grisea.
Coralli albi.
 rubri.
Corallina.
Margaritæ.
Pumex.
Spongia.

SECTIO

S E C T I O S E C V N D A,

De Aquis, & Acetis.

A Q V A S T I L L A T I T I A S I M P L I C E S .

A Q V A .

Betonice. Cardui benedicti.
Cochlearię.
Fœniculi.
Hyssopi.
Melissę.
Menthę.
Petroselini.
Plantaginis.

Pulegii.
Raphani rustici.
Rutę.
Salvie.
Spermatis Ranarum.
Fl. Lavendulę.
Liliorum alborum.
Liliorum convalliuū.
Rosarum.
Sambuci.
Tilię.

*Omnes hæ Aquæ more confueto destillentur in vase æneo
aut terreo.*

A Q V A C I N A M O M I .

R. Cinamomi electi & grosso modo contusi Libram unam & semis.
Aque Rosarum Libras quatuor, vini albi Libras duas.

*Destillentur S: Artem in B. M. quam diu aqua lacteum
colorem servaverit.*

A Q V A

A Q V A M E L L I S.

R. Mellis q. f.

Ut repleatur decima pars cucurbitæ amplæ, terreæ vel vitreæ, cum vitro alembico, & in balneo bulliente destilletur phlegma, seu aqua mellis. Cum autem guttæ incipiunt ascere, vase arenæ imposito, igne aucto, liquor secundus & tertius extrahantur.

A Q V A C O M P O S I T A E.

A Q V A V I T A E M A T H I O L I.

R. Cinamomi elect. unciam unam.

Zinziberis,

Zedoariæ, ana unciam semis.

Santal. omnium, ana drachmas sex.

Garyophill.

Galangæ,

Nucis Moscatæ, ana drach. duas & semis.

Macis,

Cubebarum, ana drachmam unam.

Cardamomi utriusque

Sem. melanthij ana drach. tres,

Anisi,

Fœniculi dulc.

Pastinac. sylv.

Ocymi,

Rad. Angelicæ,

Garyophillatæ,

B

D E

Glycyrrhizæ,
 Calami aromat.
 Phu,
 Fol. Scarleæ,
 Thymi,
 Calaminthæ,
 Pulegii,
 Menthæ crispæ,
 Serpylli,
 Majoranæ, ana drach: duas,

Flor. Rosarum rub.

Salviæ,
 Betonicæ,
 Rorismarini,
 Stœchados,
 Buglossæ,
 Boraginis, ana drach. unam & semis.

Cort. Citri,

Pulv. Diambræ.

Aromatici rosat.

Diamusci dulc.

Diamargariti frig.

Diarrhodonis Abbat.

De Gemmis, ana drach. tres.

Terantur, quæ terenda sunt & deinde in vitro vase
 macerentur in libris duodecim Aquæ vitæ præstantissimæ, &
 post debitam macerationem S. A. destillentur, & aquæ destil-
 latæ adde.

Santal.

Santal. odorati, ʒij.

Moschi,

Ambræ grif. ana scrup. semis.

Julapii rosati Libram unam

Misce & concutiantur fortiter, & usui repone.

A Q V A V E L I N F V S I O H Y S T E R I C A .

Rx. Rad. Bryoniæ siccata.

Baccarum Sambuci maturarum lento furni
calore exsiccatarum & à stipitibus mun-
datarum, ana Vncias duas,

Fol: Arthemisiæ,

Dictamni Cret.

Matricariæ,

Nepetæ,

Ocymi,

Pulegii,

Rutæ,

Sabinæ, in umbra siccata. ana Vnciam semis.

Cort. Arantior. exteriorum siccatorum, Vn-
ciam unam & semis.

Myrrhæ,

Castorei, ana Drach. tres.

Croci opt. Drach. unam.

*Pulverisata macerentur per octiduum in spiritu vini libris
quatuor, deinde per Setaceum densissimum colentur, & Co-
latura in vitro bene clauso servetur ad usum.*

D E A C E T I S.

A C E T U M C A L E N D V L A E.

R O S A R V M.

S A M B V C I N V M.

L A V E N D V L A E.

Fiunt omnia eodem modo.

Rx. Florum siccata. q. v.

Aceti vini acerrimi q. f.

*Insolentur aestivis caloribus in vase vitro, vel fictili vi-
treato, oris angusti per mensem aut plus, deinde Colentur &
reponantur.*

A C E T U M S Q V I L L I T I C U M.

Rx. Rad. Squillæ in taleolas sectarum, filo trajecta-
rum & siccatarum, Libram semis.

Aceti vini albi, Libras quat.

Insolentur, colentur, & ut ante reponantur.

S E C T I O

S E C T I O T E R T I A,

De Syrupis, Mellitis & Rob.

O X Y M E L S I M P L E X.

R. Mellis optimi desp. q. v.

Solvatur super cineres calidos in vase fictili: Soluto admisce.

Aceti vini albi q.s.

Vt agitando sine coctione redigas in consistentiam Syrupi.

O X Y M E L S C I L L I T I C V M

Fit eodem modo.

D I A M O R O N.

R. Succi mororum immatur. Celsi

Rubi, ana Libram unam.

Mellis optimi desp: Libras duas

Coquantur in Syrupi consistentiam.

M E L R O S A R V M.

R. Infusionis Rosarum rubr. Libras tres.

Mellis despumati Libras quatuor.

Coquantur in consistentiam Syrupi.

S Y R V P V S R O S A R V M S O L V T I V V S.

R. Infusionis Rosarum pallid: Libras duas,
Sacchari clarificati Libram unam & semis,
Coquantur lento igne in Syrupum.

S Y R V P V S R O S A R V M S I C C A T A R V M.

R. Florum Rosarum Siccata: Libram unam,
Macerentur calide horis viginti quatuor in f. q. aquæ.
Coquantur f. a. Colaturæ expressæ adde
Saccari albi, Libras duas,
Coquantur in Syrupum.

S Y R V P V S V I O L A C E V S E X I N F U S I O N E.

R. Saccari clarificati & ad consistentiam tabellati
cocti, Libras duas.
Infusionis florum violarum recentium , à cali-
culis mundatorum , q. sufficit
Ut agitando sine coctione redigantur in consistentiam Syrupi.
Eodem modo fiunt.

S Y R V P V S C Y D O N E O R V M -
L I M O N V M .
&c.S Y R V P V S d e C I C H O R E O C V M
R H A B A R B A R O .

R. Hordei

R. Hordej integri,
Radicum Apii,
Fœniculi,
Asparagi, ana Vncias duas.
Herbarum Cichorej,
Taraxici,
Endiviae,
Sonchi levis, ana manipulos duos,
Lactucæ,
Hepaticæ,
Fumariæ,
Summit. lupuli, ana Manipulū unum.
Capillorum Veneris,
Adianthi albi,
Asplenii,
Fructum Alkekengi,
Radicum Glycyrrhizæ, ana Drach. sex.

*Hæc coquantur inf. q. aquæ communis ad Libras quatuor.
deinde colentur, addendo*

Saccari albiss. Libras quatuor.

Clarificata coquantur in Syrupum.

Interea,

R. Rhabarbari elect. Vncias tres.

Schœnanti,

Cinamomi, ana Drach. unam & semis.

*Infundantur in sufficiente quantitate decocti præscripti, &
post debitam macerationem & ebullitionem, Colatura misceatur
cum Syrupo sub finem coctionis.*

S Y R V P V S R O S A R V M S O L V T I V U S C V M
R H A B A R B A R O .

R. Infusionis rosarum pallidarum, Libras duas,
Rhabarbari ele^t; unciam unam semis,
Cinamomi, ʒij.
Schœnanti, ʒij.

*Infundantur in Infusione Rosarum, & post debitam ma-
cerationem colaturæ expressæ adde,*

Saccari clarif. Libras duas,
Coquantur S. A. in Syrupum.

S Y R V P V S A R T H E M I S I A E .

R. Rad. Fœniculi,
Helenii,
Iridis,
Levistici,
Pœoniæ,
Rubiæ tinctorum, ana unciam semis,
Herb. Arthemisiæ, Manipulos duos.
Betonicae,
Calamintha,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyslopi,
Hyperici,
Majoranæ,

Matri-

D E S Y R V P I S.

17

Matricariæ,

Melissæ,

Nepetæ,

Origani,

Prassii,

Pulegii,

Sabinæ ana Manipul. unum.

Seminum Anisi,

Dauci,

Fœniculi,

Nigellæ,

Ocimi,

Petroselini,

Rutæ, ana Drachmas tres.

Contusa & incisa macerentur horis viginti in aquæ communis f. q.

Coquantur S. A. & cum Sacchari Libris quinque denuo percoquantur in Syrupum, condendum

Cinnamomi Vnciâ unâ.

Spicæ Indicæ Drachmis tribus.

S Y R V P V S A L T H Æ A E F E R N E L I I.

Rx. Radicum Althææ, Vncias quatuor.

Cicerum rubrorum, Vncias duas.

Radicum Asparagi,

Glycyrrhizæ rasæ,

Graminis,

C

Vvarum

Vvarum passarum & expurgatarum, ana Vniciam unam,
 Summ. Althææ,
 Adianti utriusque,
 Malvæ,
 Parietariæ,
 Pimpinellæ,
 Plantaginis, ana manipul. duos.
 Seminum quatuor frigidorum majorum &
 minorum
 contusorum ana drach. sex.

Coquantur in aquæ f. q. ad tertię partis consumptionem,
Colatura cum

Sacchari albi Libris quatuor.

Coquatur in Syrupum.

SYRVPVS DE STOECHADE FERNELII

R. Florum Stœchados Vncias quatuor,
 Foliorum Betonicæ,
 Thymi,
 Calaminthæ,
 Origani, ana unciam unam & semis.
 Salviæ,
 Rorismarini ana Vnciam semis,
 Seminum Rutæ,
 Pœonix,
 Fœniculi, ana Drachm: tres.

Coquan-

Coquantur in f. q. aquæ ad dimidas: colaturæ adde

*Sacchari albi,
Mellis optimi, ana Libras duas.*

Clarificata coquantur in Syrupum & conditatur.

*Cinamomi,
Zinziberis,
Calami odorat. ana drachmis duabus.*

*Quæ grosso modo contusa & linteo raro illigata, in Syrupo
suspendantur.*

SYRVPVS DE SYMPHYTO FERNELIL.

R. Radicum & Cymarum Symphyti majoris,
Herbarum Buglæ cum toto, ana partes tres,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis,
Florum Rosarum rubrarum, ana partes duas.

*Ex omnibus virentibus tuis exprimatur Succus, coquatur,
& despumetur, cuius Libris tribus adde*

D E S Y R V P I S.
Sacchari albi Libras duas & semis.

Peroquantur S. A. in Syrupum.

S Y R V P V S D E P R A S S I O F E R N E L I I.

R. Prassii albi recent. Vncias duas.

Radicum Glycyrrhizæ,

Polypodii querni,

Apii,

Fœniculi, ana Vnciam semis,

Herbarum Adianthi albi,

Hyssopi,

Origani,

Calaminthæ,

Thymi.

Stœchadis,

Saturejæ,

Tussilaginis, ana Drach. sex.

Seminum Anisi,

Bombacis, ana drach. tres,

Vvarum passar: expurgat. Vnc. duas.

Ficus passas ping. N°. x.

Coquantur in Libris octo Hydromel. diluti ad medias;
Expressum cum

Mellis albiss:

Saccari, ana Libris duabus.

Percoquatur in Syrupum : Conditatur Rad: Iridis Flor:
tritæ, Vncia una.

S Y R V-

S Y R V P V S C A P I L L O R V M V E N E R I S .

Rx. Herbæ Capilli Veneris recentis , & parum incisæ , Libram unam.

Radicum Glycyrrhizæ rasæ , Vncias duas.

Macerentur viginti quatuor horis in f. q. aquæ calentis , deinde bulliant parum. Colaturæ clarificatæ Libris quinque adde

Sacchari albi Libras quatuor,

Coquantur in Syrypum.

S Y R V P V S D E H Y S S O P O F E R N E L I I .

Rx. Herbarum Hyssopi arefacti Vnc. unam & semis.

Radicum Polypodii querni ,

Fœniculi ,

Glycyrrhizæ rasæ ,

Seminum Carthami cont. ana Vnciam unam.

Hordej purgati ,

Herbarum Capillorum Veneris.

Passular. purgat. Vnciam unam & semis.

Ficus pingues ,

Dactylos pingues , ana №. x.

Coquantur ex Lib. sex aquæ communis ad dimidias , & Colaturæ adde

Sacchari albi.

Mellis albi, ana Lib. unam & semis.

Clarificata coquantur in Syrupum.

S Y R V P V S G L Y C Y R R H I Z A E V E L D E
F A R F A R A.

R. Radicum Glycyrrhizæ, Vncias quatuor,
Herbarum Farfaræ, Manip. sex.

Capilli Veneris, Vnciam unam,
Hyssopi, Vnciam semis,

Macerentur horis viginti quatuor in f. q. aquæ fontane,
deinde coquantur ad consumptionem partis dimidiæ: colaturæ
adde

Mellis optimi,
Sacchari albi, ana Libram unam & semis.

Percoquantur S. A. in Syrupum.

S Y R V P V S P A P A V E R I S.

R. Capitum papaveris albi maturorum & sicca-
torum, Vncias decem,

Coquantur in f. q. aquæ ad Libras tres: Colaturæ clari-
ficatæ adde

Sacchari albi Libras duas & semis.

- Coquantur S. A. in Syrupum.

S Y R V P V S P A P A V E R I S E R R A T I C I.

R. Florum Papaveris erratici recentium Lib. tres:

Coquan-

*Coquantur s. a. in s. q. aquæ: Colaturæ fortiter expressæ
adde*

Sacchari albi clarificati Libras tres,

Percoquantur in Syrupum.

R O B A C A C I A E V V L G A R I S,

seu

D E P R V N I S S Y L V E S T R I B V S.

R. Fructuum Prunellorum sylvestrium immaturo-
rum q. f.

*Coquantur ad mollitatem: trajiciatur pulpa per cibrum:
trajectæ Libræ uni adde*

Sacchari puri Libras duas.

Coquatur in consistentiam Rob.

R O B R I B E S I O R V M.

R. Succi Ribesiorum, Libras duas.

Sacchari albi, Libram unam.

Coquatur in consistentiam Rob.

S E C T I O

S E C T I O Q V A R T A.

De Conditis & Conservis.

C O N D I T A.

Radices. Acori vulgaris,

Helenii,

Cortices Arantiorum.

Citri.

Caro Cydoneorum.

Omnia hæc saccharo clarificato S. A. condiri debent.

C O N S E R V A Absinthii Romani

Vulgaris.

Cochleariæ.

Melissæ.

Menthæ.

Florum Betonicæ.

Boraginis.

Calendulæ.

Rorismarini.

Salviæ.

Rosarum Pallidarum.

Rubrarum.

Omnium singulis Libris addantur Sacchari Libræ tres.

S A C C H A R V M P E R L A T V M.

R. Sacchari albissimi Libram semis.

Aqua Rosarum q. s.

Coquan-

Coquantur in consistentiam tabellarum, sub finem coelio-
nis immiscendo,

Margarit. præp. & trit. Drachmam unam.

Conjice super marmor & fiant s. a. Tabellæ.

S A C C H A R V M A L T H Æ X E.

Rx. Pulpæ Rad: Althææ Vncias tres.

Sacchari albiss. tenuissimè triti Libram unam,
Aquæ Rosaceæ q. s.

F. s. a. Tabellæ.

D SECTIO

S E X T I O Q V I N T A.

De Electuariis Solutivis.

B E N E D I C T V M L A X A T I V V M.

Rx. Radicum Turbith gummosarum,
 Esulæ præparat. ana Drach. decem.
 Hermodactylorum,
 Scammonii præparati,
 Florum Rosarum rubrar. ana Drach. quinque.
 Radicum Acori,
 Galangæ,
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Zinziberis,
 Croci,
 Macis,
 Caryophyllorum,
 Piperis longi,
 Seminum Apii,
 Asparagi,
 Cardamomi minoris,
 Carui,
 Fœniculi,
 Milii Solis,
 Ruscii,
 Saxifragiæ,
 Salis gemmæ, ana Drach. unam.
 Mellis optimi despumati triplum;

F. f. a. Electuarium.

DIA-

DE ELECTUARIIS SOLVT. 27

DIACATHOLICO.

Rx. Radicum Polypodii querni Vnc. quatuor.
Seminum Foeniculi,
quatuor frig: maj. ana Vnc. unam.

Coquantur in f. q. aquæ: colaturæ adde

Sacchari optimi Libras duas.

Percoquantur in Syrupum; in quo dissolute

Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum, ana Vncias duas.

Dissolutis adde pulveres sequentes.

Foliorum Senæ mundatorum Vncias duas.

Radicum Mechoacannæ.

Rhabarbari, ana Vnciam unam.

Glycyrrhizæ rafæ,

Florum Violarum, ana Drachmas duas.

Seminis Anisi Vnciam semis.

F. f. a. Elecluarium.

DIAPHOENICVM FERNE LIT SINE
SCAMMONIO.

Rx. Pulpæ Dactylorum in aceto maceratorum,
per setaceum transmissæ,
Penidorum recent. ana Libram semis.
Amygdalar. dulcium purg. Vnc. tres & semis.

48 DE ELECTVARIIS SOLVT.

Contusis & permistis omnibus adde

Mellis despumati, Libras duas,

Coquantur paulum, dein insperge pulveres sequentes,

Radicum Zinziberis,

Piperis,

Macis,

Cinamomi,

Foliorum Rutæ siccorum,

Seminum Dauci,

Anisi, ana Drachmas duas,

Turbith gummosi, Vncias quatuor,

M. & Fiat s. a. Electuarium.

ELECT. DIAPHENICVM LAXATIVVM.

Rx. Elect diaphenici sine scammonio adhuc ca-

lentis Libras duas,

Scammonii præpar. Vnciam unam,

Misce exactè.

D I A P R V N V M C O M P O S I T V M

NON LAXATIVVM NICOLAI.

Rx. Pulpæ prunorum Damasc. Libram unam,

Sacchari clarific. Libras duas,

Pulpæ Cassiæ,

Thamarind. ana Vnciam unam,

Omnibus

D E E L E C T V A R I I S S O L V T . 29

Omnibus s. a. inspissatis, insperge pulveres sequentes,
Santali albi,
rubri,
Spodii,
Rhabarbari,
Cinamomi,
Rosarum,
Violarum,
Succi glycyrrhizæ,
Tragacanthæ,
Semin. Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis, ana Drachmas duas.

Misce secundum artem, & fiat Electuarium.

D I A P R U N V M C O M P O S I T U M L A X A T I V U M .

R. Electuarii diapruni compositi non laxativi ad.
huc calentis, Libras duas.
Scammonii præpar. Vnciam unam.

Misce & fiat Diaprunum laxat.

C O N F E C T I O H A M E C H F E R N E L I I .

R. Cort. myrobal, citrin. Vnc. duas,
Chebular.
nigrorum,

D 3

Florum

30 DE ELECTUARIIS SOLVT.

Florum Violarum,

Colocynthidis mund.

Rad. Polypodii quern. ana Vnc. unam & semis.

Seminum Anisi,

Fœniculi,

Florum Rosarum rubrarum, ana Drach. tres.

Omnia contusa macerentur in féri lacticis s. q. deinde coquantur & exprimantur: colatura adde

Succi Fumariæ,

Pulpæ Prunorum,

Vvarum passarum, ana Libr. semis.

Sacchari albi.

Mellis desputati ana Libram unam.

Coquantur ad mellis crassitatem, sub finem inspergendo pulveres sequentes,

Agarici albi & levis,

Foliorum Senæ, ana Vncias duas.

Rhabarbari, Vnciam unam & semis.

Epithymi, Vnciam unam.

Diagridii præp. Drach. sex.

Zinziberis, Drachmas duas.

Cinamomi Vnciam semis.

Sem: Anisi,

Fumariæ.

Spicæ Nardi, ana Drachmam Vnam.

Misce & Fiat s. a. Electuarium.

HIERA

DE ELECTVARIIS SOLVT. 31

HIERA PICRA GALENI.

R. Cinamomi elect.

Radicum Galangæ,

Azari,

Spicæ Nardi Indicæ,

Croci,

Mastichis, ana Drachmas sex.

Fiat pulvis, cui adde

Aloes optimæ Libram unam & Vnciam semis.

Mellis optimi desp. Lib. quatuor & Vnc. tres.

F. f. a. Electuarium.

TABELLA SIVE ELECTVARIVM

D E

S V C C O R O S A R V M.

R. Sacchari albi succo rosarum dissoluti, & ad
consistentiam Tabellarum cocti, Libr.unam.

Pulv. Santal. omnium, ana Drach. unam & semis.

Diagridii, Vnciam semis.

Spodii præparati Drachmas duas.

Misce & Fiant f. artem Tabellæ.

SECTIO

32. THERIACA ANDROMACHI
S E C T I O S E X T A.

De Antidotis & Opiatis,

T H E R I A C A A N D R O M A C H I.

R. Trochisorum Scylliticorum Vncias sex,

de Viperis,

Magmatis Hedychroi,

Piperis longi,

Opii Thebaici, ana Vncias tres.

Rosarum rubrarum,

Iridis Florent.

Agarici albi, & levis,

Scordii,

Cinamomi,

Olei Nucis moschatæ, pro Opopobalsamo.

Succi Glycyrrhizæ,

Sem: Napi, ana Vnciam unam & semis:

Radicum Costi odorati,

Quinquefolii, s. Pentaphylli,

Rhabarbari,

Zinziberis,

Spicæ Nardi Indicæ,

Cassia lignæ,

Foliorum Dictamni Cretici,

Calaminthæ montanæ,

Prassii albi,

Schoenanthi,

Stœchados Arabicæ,

Croci

Croci Britannici,

Piperis nigri,

albi,

Seminis Petroselini Macedonici,

Terebinthinæ Cypriæ,

Thuris masculi,

Myrrhæ, ana Drachmas sex.

Radicū Gentianæ,

Calami aromatici,

Meū Athamantici,

Phu,

Spicæ Celticæ,

Florum Chamædryos,

Chamæpityos,

Corticum Citri vel folior. Lauri pro Malobathro,

Polii montani albi,

Baccarū Juniperi recentiorū, pro Carpobalsamo,

Seminum Ammios,

Anisi,

Cardamomi minoris,

Fœniculi,

Seselios Massilienisis,

Thlaspios,

Florum Hyperici,

Charyophilli Plinii,

Boli Armeniæ veræ,

Chalcitidis tostæ donec cineritia fiat,

Gummi Arabici vermiculati,

Sagapenij,

Styracis Calamitæ sinceræ,

Succi Hypocistidis,

Acaciæ veræ, ana Vnc. semis,
 Radicum Aristolochiæ tenuis,
 Florum Centaurii minoris,
 Seminis Dauci Cretici,
 Opopanaxis,
 Galbani,
 Castorei,
 Bituminis Judaici, ana Drachmas duas,
 Vini generosi Canarini q. s. liquandis gummi, &
 succis.

Mellis Narbonensis triplum.

Fiat s. a. Opiatum.

M I T H R I D A T I V M
 D A M O C R A T I S.

R. Croci Britannici,

Myrrhæ,

Thuris masculi,

Zingiberis,

Agarici albi, & levis,

Spicæ Nardi Indicæ,

Cinamomi,

Seminis Thlaspios, ana Drachmas decem.

Seseleos Massiliensis,

Costi odorati,

Cort. Citri vel Foliorum Lauri, pro Malobathro;

Corticum Citri,

Schœnanthi,

Stœcha.

Stœchados Arabicæ,
Piperis longi,
Castorei,
Styracis Calamitæ sinceræ,
Galbani,
Opopanaxis,
Succi Hypocistidis,
Terebinthinæ Cypriæ,
Olei è Nuce moschata expressi, ana Vnciam unam.
Cassia lignæ,
Polii montani albi,
Scordii veri,
Piperis albi,
Baccarum Juniperi, *pro* Carpobalsamo,
Seminis Dauci Cretici,
Bdellii.
Trochiscorum Cypheos, ana Drach. septem.
Radicis Gentianæ,
Spicæ Celticæ,
Foliorum Dictamni Cretici,
Seminis Petroselini Macedonici veri,
Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Rosarum rubrarum,
Gummi Arabici vermiculati,
Opii præparati, ana Drachmas quinque.
Radicum Acori veri,
Asari,
Phu,
Seminis Anisi,

Sagapeni, ana Drachmas tres.
 Meū Athamantici,
 Florum Hyperici,
 Acaciæ veræ,
 Ventris Scinci, ana Drach. duas & semis.
 Vini generosi Canarini q. s. liquandis gummi;
 & succis.
 Mellis Narbonensis triplum.

F. f. a. opiatum.

P H I L O N I V M R O M A N V M.

Piperis albi,
 Cassiæ ligneæ,
 Cinamomi, ana Drachmas duas,
 Euphorbii,
 Croci,
 Pyrethri, ana Drachm. semis.
 Zedoariæ,
 Spicæ Nardi, ana Scrup. duos,
 Seminis Hyosciami, unciam semis,
 Opii Thebaici, Drach. duas & semis,
 Castorei,
 Myrrhæ, ana Drach. unam & semis,
 Seminum apii,
 Fœniculi,
 Petroselini,
 Dauci, ana Drach. unam.
 Mellis optimi despumati q. s. triplum.

Fiat

Fiat s. a. Opiatum.

R E Q V I E S N I C O L A I .

Rx. Florum Rosarum rubrarum.

Violarum, ana Drach. tres.

Opii Thebaici,

Seminis Hyoscyami,

Papaveris albi,

Scariolæ,

Lactucæ,

Portulacæ,

Psyllii,

Cort. Mandragoræ,

Nucis moschatæ,

Cinamomi, ana Drach. unam & semis.

Santal. Albi,

Citrini,

Rubri,

Spodii,

Tragacanthi, ana Scrup. duos & grana quinque,

Mellis opt. despumati triplum.

F. s. a. Opiatum.

C O N F E C T I O A L K E R M E S .

Rx. Syrupi granorum Kermes Montepessulo aut
Lugduno delati, Libras duas & semis,

Calefacto adde

Ambræ griseæ minutim incisæ Drach. duas.

Liquefactâ Ambrâ, insperge sequentia pulverata:

Ligni Aloes,

Cinamomi, ana Drachmas sex.

Lapidis Lazuli præparati,

Margaritarum præparatarum, ana Drachmas
duas

Foliorum Auri, Drachmam unam.

Fiat s. a. Electuarium.

DIASCORDIVM FRACASTORII.

R. Boli Armeniæ, Vnciam unam & semis.

Foliorum Scordii Vnciam unam.

Cinamomi,

Cassia lignea,

Terræ Lemniæ,

Radicum Gentianæ,

Tormentillæ,

Bistortæ,

Gummi Galbani,

Arabici, ana Vnciam semis.

Styracis Calamitæ, Drach. quatuor & semis.

Seminum Acetosæ,

Opii Thebaici, ana Drach. unam & semis.

Piperis longi,

Zinziberis, ana Drach. duas.

Mellis

DE ANTIDOTIS, & OPIATIS.

39

Mellis opt. despumat. Lib. duas, semis.

Vini aromatici Lib. semis,

Conservæ Rosarum rubrarum Libram unam.

Misce s. Artem & fiat Electuarium.

EXTRACTVM CARDVI BENEDICTI

R. Herbæ, Cardui benedicti siccæ q. v.

Contundatur & exprimatur succus, dein clarificetur &
evaporetur in consistentiam Electuarii, & usui reponatur.

SECTIO

ANTIOPATIS

S E C T I O S E P T I M A.

De Pulveribus purgantibus.

D I A C A R T H A M V M A R N O L D I D E
V I L L A N O V A.

- R. Specierum Diatragac. frigid.
 Medullæ seminis Carthami,
 Hermodactyl. ana Vnciam semis,
 Zinziberis albi,
 Diagridii, ana Drach. duas.
 Turbith gummosi Drach. sex.

Misce Fiat pulvis.

D I A T V R B I T H C V M R H A B A R B A R O
M O N T A G N A N Æ.

- R. Turbith opt. gummosi,
 Hermodactylorum, ana Vnciam unam.
 Rhabarbari electi, Drach. decem.
 Diagridii, Drach. quatuor.
 Santali albi,
 rubri,
 Florum Violarum,
 Zinziberis albi, ana Drachmam unam & se-
 mis.
 Mastiches,

Seminis

DE PVLVERIBVS PVRGANTIBVS. 47

Seminis Anisi,
Cinamomi,
Croci, ana Drachmam semis.

E. f. a. Pulvis.

P V L V I S H I E R A E P I C R A
G A L E N I.

Rx. Cinamomi,
Radicum Galangæ,
Asari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Masticis, ana Drachmam unam.
Aloes succotrinæ, Vncias duas & scrup.
duos,

Misce F. Pulvis.

F A R O M A -

AROMATICVS ROSATVS

GABRIELIS.

- R. Rosarum rubrar. Drach. quindecim,
 Glycyrrhizæ rasæ, Drach. septem,
 Cinamomi Electi, Drach. quinque,
 Ligni Aloes,
 Santali citrini, ana Drach. tres.
 Gummi Arabici,
 Tragacanthi,
 Macis,
 Chariophyllum, ana Drach. duas & semis.
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Nucis Moschatæ,
 Cardamomi minoris,
 Galangæ ana Drachmam unam,

M. & F. Pulvis.

DIACVRCVMA MESSVÆ.

- R. Croci,
 Asari,
 Seminis Petrosel. Maced.
 Dauci Cretici,
 Anisi,
 Apii, ana Drachmas duas.
 Rhabarbari,

Meū,

Meū,
 Spicæ Indicæ, ana Drach. tres.
 Costi,
 Myrræ,
 Cassiæ lignæ,
 Schoenanthi,
 Carlobalsami,
 Rubiæ Tinctor.
 Succi Absinthii,
 Eupatorii Mesuæ;
 Opobalsami, ana Drachmam unam.
 Calami Aromat.
 Cinamomi, ana Scrup. duos gr. quinque.
 Scordii,
 Scolopendriæ,
 Succi Glycyrrhizæ, ana Drach. unam grana
 quindecim.

M. F. s. a. Pulvis.

D I A M B R A.

Rx. Radicum Galangæ,
 Zedoariæ,
 Foliorum Lauri,
 Cinamomi,
 Chariophyllorum,
 Nucis Muschatæ,
 Macis, ana Drach. tres,
 Piperis Longi,

Santali Citrini,
 Ligni Aloës, ana Drachmas duas,
 Cardamomi utriusque,
 Spicæ Nardi, ana Drachmam unam,
 Zingiberis, Drachmam unam & semis,

Misce & Fiat Pulvis.

D I A N T H O S N I C O L A I

R. Florum Rorismarini, Vnciam unam,
 Violarum,
 Rosarum rubrar.

Radicum Glycyrrhizæ, ana Drach. sex,
 Charyophyllorum,
 Spicæ Nardi,
 Nucis moschatæ,
 Galangæ.
 Cardamomi,
 Zinziberis,
 Cinamomi,
 Zedoariæ,
 Macis,
 Ligni Aloës,
 Seminis Anisi,
 Anethi,

M. & Fiat Pulvis.

DIARRHO-

DIARRHODON ABBATIS NICOLAI.

R. Santali albi,
 rubri, ana Drach. duas & semis.
 Gummi Tragacanthi,
 Arabici,
 Spodii, ana scrup. duos,
 Asari,
 Mastichis,
 Spicæ Indicæ,
 Cardamomi,
 Succi Glycyrrhizæ,
 Croci,
 Xyloaloës,
 Charyophyllorum,
 Fructuum Berberorum,
 Semin. Acetosæ,
 Anisi,
 Endiviæ,
 Fœniculi,
 Lactucæ,
 Ocymi,
 Portulacæ,
 Scariolæ, ana Scrup. unum,
 Cornu cervi crudi,
 Margaritarum albarum, ana scrup. semis,
 Flor. Rosarum rub. Vnciam unam & semis.

F. f. a. Pulvis.

DIATRION SANTALON NICOLAI.

- R. Trium Santalorum,
 Rosarum rubrarum,
 Seminum Lactucæ,
 Portulacæ,
 Scariolæ, ana Drach. tres,
 Rhabarbari,
 Spodii ex ebore,
 Succi Glycyrrhizæ , ana Drachmas duas &
 semis.
 Amyli,
 Gummi Arabici ,
 Tragacanthi, ana Drach:unam & semis.

Misce F. Pulvis.

DIATRAGACANTHVM FRIGIDVM.

- R. Gummi Tragacanthi albi , Vncias duas.
 Arabici, Drach. decem.
 Amyli Vnciam semis.
 Glycyrrhizæ rasæ Drach. duas ,

F. Pulvis.

P V L V E R E S C H Y M I C I .

C R E M O R T A R T A R I .

- R. Tartari Rhenani albi pulverati, & aliquoties
 abluti q. v.

Coqua-

Coquatur lento igne cum s. q. aquæ in vase fictili vitreato, usquedum cuticula in superficie appareat; quæ rudiculâ ligneâ colligenda, exsiccanda super chartam bibulam, lœviganda, & in nimbo vitro asservanda.

C R Y S T A L L I T A R T Á R I.

R. Tartari Rhenani albi pulverati, & aliquoties abluti q. v.

Bulliat cum multa aqua, coletur s. a. exponatur frigori per noctem, aut diutius, & crystalli lateribus vasorum crescent, quos effusa aqua collige, exsicca, & in nimbo vitro asserva.

T A R T A R V M V I T R I O L A T V M,

R. Olei Tartari per deliquium facci, & purificati q. v.

Instilletur illi paulatim in vitro amplo

Olei Vitrioli pars dimidia:

Præcipitabitur statim in coagulum albissimum, quod, supernante liquore à lento igne in vapores resoluto, ad siccitatem salis reducatur.

F L O R E S S U L P H V R I S.

R. Sulphur. flavi à sordib. purgati q. v.

Indatur

Indatur vasi terreo, & in arena sublanetur in aliud vas superpositum, & allutatum.

L A P I S P R V N E L L E.

R. Salis Nitri puri q. v.

Incandescat, & liquefiat in crucibulo; liquefacto injice per intervalla portiunculam Florum Sulphuris, quoad Nitrum à fardibus repurgatum, & limpidum appareat. Tum effundatur in aliud vas, ut congeletur in lapidem crystallinum: quem in aqua bulliente dissolves: dissolutum per manicam, aut chartam bibulam linteo suffultam filtrabis, & in loco frigido congelabis: congelatum in crucibulo liquefacies, & cum Floribus Sulphuris depurabis ut ante: hasque operationes ter ad minimum repetes.

M A G I S T E R I V M C O R A L L O R V M.

M A R G A R I T A R V M:

O C V L O R V M C A N C R I.

R. Corallorum, aut
Margaritarum, aut
Oculorum Cancrorum fluvitomialium, subtilissi-
mè tritorum, Vnciam unam.

Affunde in phiala ampla,

Aceti destillati q. s.

*Mox spontè effervescent: ubi efferbuerint, liquor limpi-
dus supernatans per chartam bibulam coletur, & in patella
porcellana*

porcellana dicta, evaporet, bacillo ligneo subinde movendo, donec puluis albus & solubilis fiat; qui rursus abluatur aquâ Boraginis, filtretur, coletur, & evaporet.

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS.

R. Argenti vivi, partem unam.

Aqua Fortis, partes duas.

Solvantur super cineres tepentes in phiala vitrea donec mortificantur: deinde evaporent valido igne ad siccitatem usque.

S A L A B S I N T H I I K

C A R D V I B E N E D I C T I .

F A B A R V M .

Herbæ siccatae exurantur in cineres albos, ex quibus per aquam calentem salsedo extrahatur, & fiat lixivium, quod filtrandum, & lento carbonum igne exiccadum in salem: qui, ut purior reddatur, iterum solvendus, filtrandus, & coagulandus.

G SECTIO

S E C T I O O C T A V A

De Pilulis & Extractis.

P I L V L A E A V R E A E:

Aloes lucidæ,
 Scammonei, ana Drach. quinque,
 Rosarum rubrarum,
 Sem: Apii,
 Anisi,
 Fœniculi, ana Drach. unam & semis
 Croci,
 Mastiches,
 Trochisc. Alhandal, ana Drach. unam
 Mellis Rosarum q. s.

M. & Fiat Massa.

P I L V L A E C O C H I A E:

R2. Pulv: Hieræ simplicis Galeni Drach. decem;
 Trochisc. Alhandal. Drach. tres & semis
 Scammonei præp. Drach. duas & semis
 Turbit gummosi,
 Fl: Stœchadis, ana Drach. quinque,

Cum Syrupo de Stœchade f. f. a. Massa.

P I L V -

PILVLÆ RUFFI, SIVE ANTI-PESTILENTIALES COMMUNES.

Rx. Aloës lucidæ, Vncias duas,
Myrrhæ, Vnciam unam,
Croci, Vnciam semis,

Cum vino Canarino F. Massa.

PILVLÆ DE HIERA CVM
AGARICO.

Rx. Pulp: Hieræ simpl. Galeni,
Agarici trochiscati, ana Vnciam semis,
Aloës lucidæ, Vnciam unam,

Cum melle rosaceo F. Massa.

EXTRACTVM CATHOLICVM.

Rx. Pulpæ Colocynthidos, Dr. sex,
Agarici albi,
Hellebori nigri,
Specierum diarrhodon. Abbatis, ana Vnciam
semis,

Extrahatur ex hisce per spiritum vini tinctura, cui per-
colata adde

Aloës lucidæ, Vnciam unam,
Scammonii præparati, Vnciam semis.

Evaporentur in consistentiam Extracti.

PILVLÆ LAVDANI OPIATI.

R. Opii Thebaici, Spiritu vini dissoluti, parum
cocti, & percolati, Vnc.unam.

*Misceatur cum Tinctura, per Spiritum Vini extracta ex
Pulveris diambræ, Vncia dimidia.*

*Evaporentur in consistentiam pilularum, sub finem ad-
dendo,*

Croci Britannici, Drachmam unam.
Castorei, Drachmam semis.

Redigatur in Massam in quæ usui servetur.

SECTIO

S E C T I O N O N A.

De Trochiscis.

A G A R I C V S T R O C H I S C A T V S.

R. Agarici albi & levis, Vncias tres.

*Cum s. q. Vini Canarini, cui Zingiberis duæ Drachmæ
sint infusæ, cogantur s. a. in Trochiscos.*

T R O C H I S C I A L H A N D A L.

R. Pulpæ Colocynthidos albæ & levis, à semini-
bus purgatæ, minutim concisæ, & cum
s. q. Olei Rosacei pulveratæ, Vnc. decem.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii, ana Drachmas sex.

*Pulveratis omnibus, extrahatur ex Gummi Tragacanthi
portione per s. q. Aquæ Rosaceæ, ea mucilaginis quantitas,
quâ reliqui pulveres commodè in pastam redigi possint, ex
qua deinde formentur Trochisci, in umbra siccandi.*

T R O C H I S C I C A P P A R V M.

R. Corticum Radicum Capparum,
Gummi Ammoniaci,
Sem. Agni casti, ana Drachm. sex.

G 3 Nastur-

Nasturtii,
 Nigellæ,
 Fol: Calaminthæ,
 Rutæ,
 Rad. Acori,
 Aristolochiæ rotundæ,
 Amygdalarum amararum,
 Succi Eupatorii aquatici condensati, ana Drach.
 duas.
 Rad. Cyperi rotundi,
 Fol: Scolopendrii, ana Drachm. unam,
F. Trochisci cum Ammoniaco pædiolo in Areto dissoluto.

TROCHISCI DE CARABE SEV SVCCINO.

R. Carabes, Vnciam unam,
 Cornu Cervi usti,
 Gummi Arabici tosti,
 Tragacanthi,
 Coralli rubri usti,
 Acaciæ,
 Hypocistidos,
 Mastiches,
 Balaustiorum,
 Laccæ,
 Sem:Papaveris nigri, ana Dr. duas & scrup. duos,
 Thuris,
 Croci
 Opii, ana Drachm. duas,

Misce

Misce & s. a. cum mucagine Sem: Psyllii fiant Trochisci.

TROCHISCI ALKEKENGI

- R. Fructuum Alkekengi, Dr: tres,
 Boli Armeniæ veræ, Vnc. unam,
 Gummi Arabici,
 Tragacanthi,
 Sanguinis Draconis,
 Thuris,
 Amyli,
 Succi Glycyrrhizæ,
 Amygdalarum amararum,
 Nucleorum Pini,
 Sem: papav. albi, ana Dr. sex.
 Citrulli,
 Cucurbitæ,
 Melonum, ana Dr. tres & semis,
 Apii,
 Hyosciami,
 Succini,
 Opii præp. ana Drach. duas,
Cum succo Alkekengi F. Trochisci.

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA.

- R. Terræ sigillatæ vel ejus loco Boli Armeniæ
 veræ, Vnciam semis,
 Acacia veræ,

Hypo-

Hypocistidis,
 Sanguinis Draconis,
 Gummi Arabici assati,
 Amyli assati,
 Lapidis Hæmatitidis,
 Coralli rubri,
 Succini,
 Spodii ex Ebore,
 Balaustiorum,
 Rosarum rubrarum,
 Antheræ, seu Seminis Rosarum,
 Seminis Portulacæ assati,
 Nucum Cupressi,
 Cornu Cervi usci,
 Thuriæ masculi,
 Croci,
 Opii præparati, ana Drachm. duas.
 Seminis Papaveris nigri,
 Margaritarum,
 Gummi Tragacanthi, ana Drachmam unam
 & semis.

Cum succo Plantaginis F. s. a. Trochisci.

T R O C H I S C I D E M Y R R H A.

Rx. Myrrhæ electæ, Drachmas tres.
 Lupinorum mundatorum, Drachm. quinque.
 Radicis Rubiæ tinctorum,
 Fol. Menthastris,

Pulegii

Pulegii cervini, O I T O H 2
 Rutæ,
 Sem: Cumini, a i s l Q e Q
 Assæ fœtidæ,
 Sagapeni, O L F E A Z E R X V E S
 Opopanacis, ana Drachm. duas.

Cum succo Arthemisæ F. Trochisci.

TROCHISCI ALBI RHASIS seu SIEF ALBUM.

Rx: Cerussæ, aquâ rosaceâ lotæ, Drachm. decem,
 Amyli, Drach. quatuor,
 Gummi Arabici,
 Tragacanthi, ana Drachm. duas,
 Camphuræ, Drachm. semis,

Cum albumine ovi F. Trochisci.

